generationem, iuxta cõſuetudinem Eccleſię, quę erat ſolita facere ſimiles renouationes in tertiam generationem, vel vſque ad finem tertiæ generationis, vt hic dicitur, an Eccleſia poſſit denegare? vide per Benintend. deciſ.87. *Giach.*

Extincta generatione] Notandum tamen, quod eo caſu deſcendentes petendo illius confirmationem facile impetrare ſolent, & ſi non impetrant, poſſunt de iure Canonico appellare ad ſuperiorem, vt cogat quod confirmatio fiat, tex. eſt in l.1.§.permittitur, & ibi Bart. & alij ff. de aq. quot. & æſt. De hac materia vide ample Ant.Gabr.lib.3. commun. opin. tit. 1.concluſ. 7. *Gouean.*

ceſſa in tertiam, vel quartam generationem: & tunc finita illa tertia, vel quarta generatione, finitur emphyteuſis, & in hoc etiam non eſt dubitandum. Aliquado eſt conceſſa pro ſe, & hæredibus: & hoc caſu ſi eſt conceſſa à priuato, eſt abſolute hæreditaria; & ideo non finitur cum generatione ipſius emphyteutæ, ſed tranſit etiam ad extraneos hæredes, iuxta ea, quæ dixi ſupra, queſt.28. Si vero eſt conceſſa ab Eccleſia, non tranſit ad extraneos heredes, ut ibidem dixi, & ideo finitur ſimul cum generatione recipientis.

2 *Sed quid ſi conceſſa ſit ſimpliciter nulla nec filiorum, nec hæredum facta mentione, puta concedo Titio hanc domum in emphytueſin, nunquid finita generatione Tiij, erit finita emphyteuſis? Reſp. Aut eſt conceſſa à priuato, & non finitur: talis enim emphyteuſis eſt de ſui natura tranſitoria etiam ad extraneos heredes, vt dixi in d. q.28. in pr. Aut eſt conceſſa ab Eccleſia, & tunc finitur finita generatione ipſius recipiẽtis. Et hanc dicit eſſe communem opin. & conſuetudine communiter approbatam Corn.conſ. 76. in littera H. lib 2. de quo pariter dixi in d. q.28. ſupra ſepius allegata.*

QVAESTIO XLIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Finita emphyteuſi an poſſit emphteuta, vel eius hæredes, petere à domino directi, vt illam renouet in eorum perſona.*
2 *Et quid ſi ſint tranſuerſales ipſius emphyteutæ.*
3 *Et quid in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum dominus emphyteuſin, ad certam generationem datã, ea finita, proximis emphyteutæ cognatis deferre, & renouare teneatur.*
2 *Sententie Nouell.7.cap.3.§.neque illud, 3.*
3 *Nemo cogi poteſt, vt certo alicui locet, vel vendat.*
4 *Suæ quiſque rei moderator, & arbiter.*
5 *Explanatur l.1.§.permittitur, 41.cum ſeqq.ff.de aqu.quotid.& æſtiu.*
6 *Enodatur l.1.ff.de priuileg.credit.& l.Imperator, 60.ff.de pactis.*
7 *Conſideratur l.iubemus, 3.§.& filios 5.C.de aduocat.diuerſ.iudicum.*
8 *Diſcutitur l. congruit, 4.C.de locat.prædior.ciuilium.&c.*

ADDITIONES.

a N*Vnquid ſi finita eſt emphyteuſis ſine culpa ipſius emphyteutæ, &c.*] Difficilis quęſtio eſt;
1 num prælatus, ſiue quiuis dominus etiam priuatus, emphyteuſin ad certam generationem datam, ea finita, proximis emphyteutæ cognatis deferre, & renouare teneatur: an potius, cuicumque velit, eã concedere poſſit? Et quidem dominum teneri pro ximiores emphyteutæ cõſanguineos extranei preferre, illiſque emphyteuſin reſtituere, docent, poſt Clarum hic noſtrum, & ab eo cumulate adductos, Mynſingerus cent. 5. obſeru.116 & cent.6. obſer. 79. Fichard. in addit. ad Villalob. litter. V. numer. 8. verſicul. vaſallo mortuo. Horat. Mandoſ. in addit. ad Roman conſil. 22. & alij, quos commemorat. Antonius Gabrielius libro ertio, commun. concluſion. tit. de iure emphyteut. concluſ. prima nec non Alexander Trentacinquius variar. reſolut. libro 3. reſolut. 5. de iur. emphyteut. numero primo, & ſeq. Sed contrariam tuentur ſententiam Franciſcus Sarmientus lib.3. ſelectar. interpretat. cap. 7. numer.
2 And.Gail libr. 2. obſeruat.148. numer.2. Fachineus libro 1. controuerſ. iur. cap.100. Hackelman. diſput. illuſt. 11. th. 16. litt. B. alijque ab illis citati.
2 Mouentur † autem hi Interpretes primo Nouell. 7. cap.3 §. neque illud, 3. vbi dicitur, pactum non valere, quo cauetur; vt Eccleſia teneatur, finita generatione, proximioribus vltimi emphyteutæ conſanguineis renouare emphytueſin. Si enim Eccleſia id facere teneretur: nulla eſſet ratio, cur pactum non valeret, argument. l. non impoſſibile, 50. ff. de pactis. Deinde explorati iuris eſt, quod
3 nemo † compelli poſſit, vt certo alicui, & non alteri locet, vel vendat, l. inuitos, 11. Cod. de locato, l. inuitnm, 11. & l. dudum, 14. C. de contrah. empt. Pręterea res in emphyteuſin conceſſa vſq; da certã generationem, extincta iſta generatione, ad dominum reuertitur. Ergo domino integrum eſt, eam pro ſe retinere, vel, cui maluerit, concedere:
4 cum † ſuæ quiſque rei moderator ſit, & arbiter, l. in re mandata, 21. C. mandati, & nemini iniuriam faciat, qui iure ſuo vtitur, l. iniuriarum, 13.§.1.ff. de iniur. l. nullus, 55.ff. de reg. iur.
5 Huic † ſententiæ nihil negocij faceſſit, l.1.§. permittitur, 41. cum ſeqq. ff. de aqua quotid. & æſtiu. vbi reſpondetur, quod quando aquæ ductus cõceſſus eſt non prędijs, ſed perſonis; non tranſeat ad heredem vel emptorem: ſi tamen eis petentibus non concedatur, iniuria ſit. Nam agit ibi Iuriſconſultus de ſeruitute aquæ ducende, & oſtendit, quod is illam indubitate impetrare queat, ad quẽ fundus peruenit, ſi eius domino priori ſeruitus debeatur. Lõge vero alia eſt ratio rei in emphyteuſin datæ, quæ maioris eſt momenti: nec proximior agnatus docere poteſt, ſibi deberi ideo, quod aliarum rerum dominiũ ad ſe tranſierit.
4 Nihil † quoque aduerſatur l. 1. ff. de priuileg. creditor. (in Gothofredi corpore eſt l. cum bona, 16. ff de reb. auctori. iud. poſſidend. & l. Imperator, 60. ff. de pact. vbi in emptione bonorũm debitoris cognati anteferuntur extraneis emptoribus. Vnde dicendum videtur, quod & in emphyteuſi cognati extraneis ſint præponendi: ſiquidẽ emphyteuſis magnam ſimilitudinem cum emptione, & venditione habeat, §. adeo autẽ, 3. Inſtit. de locat. & conduct. Non, inquam, leges iſtæ aduerſantur. Loquuntur enim in ſpeciali caſu: quãdo ſcilicet bona debitoris obærati auctore iudice poſſidentur, & venduntur. Tum ſane cognati, & creditores in venditione bonorũ extraneis prę feruntur: modo eandem conditionem, quam extranei, præſtent. Quod cum præſenti quæſtione nihil commune habet.
7 Nihil † item obſtat l. iubemus, 3. §. & filios aduocatorum, 5. C. de aduocatis diuerſor. iudicum. vbi dicitur, quod ſi officium aduocatorum, per eorum mortem fuerit finitum, ipſorum liberi, & propinqui ad idem officium accedere cupientes, extraneis ſint anteponendi. Etenim loquitur de officijs publicis, in quib. diſtribuendis vtique præ ceteris habenda eſt ratio filiorum, quorum parentes in eodem genere officij de Republ. optime ſunt meriti: quia filij ſperantur ſimiles futuri ſuis parentibus, ſi deprehendantur ad illud officium idonei. Aſt in propoſita quęſtione diſputatur de iure priuato, quod cuiuſuis domini arbitrio ac poteſtati ſubiectum eſt, d.l. in re mandata, 21. C. mandati.
8 Nihil † denique obeſt l. congruit, 4. C. de locat. prædior. ciuil. vel fiſcal. &c. vbi veteres cõductores præferuntur nouis cõductoribus, ſi modo augmẽtum prætij, ab altero nouo conductore oblatum, ipſi præſtare parati ſint. Quandoquidem illic primi conductores; nõ vero conſanguinei eorũ, extraneis ſiue nouis conductoribus præferuntur: & ſic beneficiũ illud ſpeciali fauore perſonæ veteris alicuius conductoris indultum, ad eius cõſanguineos porrigi non debet, l. in omnibus cauſis, 68. ff. de regul. iur. Deinde iſte textus non de omnibus, ſed publicarum ſeu fiſcalium duntaxat rerum conductoribus loquitur: à quibus ad aliarum rerum conductores argumẽtari nõ licet: quoniam illis hoc ius, vt præferantur extraneis conductoribus, ſingulari conceſſum eſt ratione, quæ in priuatis conductoribus, locum non habet. Ratio autem huius conceſſionis hæc eſt: quia conductores rerum fiſcalium, deficientibus alijs conductoribus poſt finitam conductionem, de nouo conducere compelluntur, ſi lucrũ aliquod ex priori conductione fecerint, l. cotem, 11.§. vltim. ff. de publicanis, & vectigalib. Quocirca æquiſſimum viſum eſt: pro hoc, quod ſuſtinere coguntur, onere, & incommodo, ipſis alio modo ſuccurri, quod nimirum finita conductione alijs conducere volentibus præponantur, argu. l. ſecundum naturam, 10. ff. de reg. iur. Reliqua, quæ deciſioni noſtræ obijci ſolent, vtpote leuiora, ex hactenus dictis facile dilui poterunt. *Harpr.*

QVÆST. XLIII.

1 a S*Ed hic occurrit alia queſtio, nũquid ſi finita* a *eſt empyteuſis ſine culpa ipſius emphyteutæ, puta curſu temporis, vel finita generatione, poſſit ipſemet emphyteuta, ſi viuit, vel eius filij, petere à domino directi, vt emphyteuſin in eoru perſona confirmet, ſeu renouet? Reſpond. quod ſic: & ſi non fiat renouatio fir eis iniuria, & ideo poſſunt appellare ad ſuperiorem, vt cogat, quod talis renouatio fiat. Ita dixit Bartol. qui ad hoc propoſitum quotidie ſolet allegari, in l.1. §. permittitur ff. de aqua quotid. & æſti. & eſt communis opin. vt ait Rom: conſ.2.nu.5. quem refert Dec. conſ. 328, poſt nu.3. verſ. Quibus tamen, & Gratus con.86. poſt. nu.7. lib.1. Alex. conſ.80. num.11. lib.1. quem refert Iaſ. 24. col. 2. verſ. Quinto facit. lib.3, & Gozad. conſ.39. nu.2. & Gratus conſ.79. nu.2. lib.1. Barb. in c.1. col. 6. de locato, & in c. ex reſcripto. col.4. verſ. Vtrum autem. eod. tit de locato. quem refert Boer. deciſ. 107. in fin. Curt. ſen. conſ. 47. num. 7. & : ſeq. vbi ſubdit, quod ita in pract. obſeruatur, quem refert Ripa de Peſte, in c.1. de remed. preſeruat. poſt nu 260. Dec. conſ.131. nu.2. quẽm refert Marſ. ſing.419. licet in re & Ruin. conſ.12. nu.18. lib.1. & Apoſtil. ad Rimin. conſ. 100. ſub num.12. Cur. iun. de feud. in prima ſecundæ principalis q.2. Gozad. cõſ. 86. poſt nu. 4. verſ. Non obſtat quod illa. Ripa in l. cum bona num. 6. ff. de priuileg. credit. Apoſtil. ad Alex. in d. cõſ. 80. ſub num.11. lib.1. Tiraquel. de retract. municip. in prefat num. 41. & ſeq. Gratus conſ 69. lib. 1. & conſ. 110. num. 31. eod. volum. Apoſtil. ad. Abb. in c. bonæ el 2. ſub. num.28. de poſtul. prælat. Faciunt quæ dixi infra, hoc eod. lib. §. feudum, quæſt.87.*

Et hæc quidem concluſio ſatis de plano procedit in deſcendẽtibus ipsiuſmet emphyteutæ, prout loquitur Bart. in
2 *loco prealleg. ſed quid in trãſuerſalibus, nunquid, & ipſi poterũt petere, vt in eorum perſona emphyteuſis ipſa confirmetur? Reſp. in hoc certe negari non poteſt, quin magna ſit varietas inter Scribentes, & quidem Dec. in d. conſ.131. col. fin. verſ. & quamuis Bart. dicit, & quod habet locum etiam in alijs proximioribus, etiam quod non ſint deſcendentes, & quod iſta eſt communis opinio. Contrariam tamen ſentẽtiam, vti veriorem, tenuit Socin. iun. conſ.9. num.20. lib.3. dicens, quod DD. magis communiter loqui videntur in deſcendentibus, non autẽ in trãſuerſalibus. Mihi magis placet opin. Decij, quod ſcilicet procedat etiam in agnatis proximioribus, & ita expreſſe loquuntur multi ex DD. præallegatis. Bene verum eſt, quod intelligo de agnatis tantum, autem de cognatis. Et hæc proculdubio videtur eſſe communis declaratio, vt dicit Socin. iun. d. conſ.9. num.23. in fin.*

3 *Sed quero, nunquid hæc concluſio locum habeat, non modo in emphyteuſi conceſſa à priuato, ſed etiam in ea, quæ eſt conceſſa ab Eccleſia? Reſpond. quod ſit. Et ita hanc eſſe communẽ opinionem atteſtatur Gozad. in d. conſ.86. nu.24. Dec. in d. conſ.131. col.2. quem refert Socin. iun. in d. conſ.9. nu. 12. in fin. licet dicat, quod ipſe non auderet hoc firmare, ſed certe cum opin. Bartol. & communis fundata ſit in æquitate, illa multo magis ab Eccleſia quam ab alijs eſt obſeruanda. Et licet Gratus in d. conſ.110. num.63. in fin. lib.1. dicat contrariam ſententiam, quod ſcilicet non habeat locum in Eccleſia, videri communiorem; fallitur tamen proculdubio, vt poteſt facile cognoſci ex dinumeratione auctorum, qui in ſupradictis citantur. Et ideo non eſſet ab illa iudicando, aut conſulendo recedendum.*

Sed pone, quod poſt finitam generationem aliquis extraneus fuerit de ipſa emphyteuſi inueſtitus, nunquid ſi deſcendens primi emphyteutæ petat huiuſmodi renouationem, erit adhuc audiendus? Reſpond. quod non, ſed ſolummodo re integra. Ita tenet Rom. conſ.70. poſt num.3. verſ. Certum, & eſt communis opinio, vt dicit Gozad. conſ.71. num.1. Eſt enim iam illi tertio ius quæſitũ, ideo ſibi imputet qui non peruenit.

Quinimo, etiamſi alius inueſtitus non fuerit: Si tamen talis deſcendens ſiue agnatus, infra annum, à die quo ſciuit emphyteuſin eſſe finitam, non petieri, talem renouationem, ſibi præiudicat, ita quod elapſo anno vlterius non auditur. Ita dicit Rom. in d. conſil.22. num. 6. & eſt communis opin. vt atteſtatur idem Gozad. in alleg. conſ.71. num. 2. Hanc etiam vti magis communem ſequitur Socin. iun. in d. conſ.9. num.17. in fin. lib.3.

Sed quid ſi Eccleſia, vel dominus directi, velit rem emphyteuticam pro ſe retinere, non autem illam in emphyteuſin concedere, nunquid adhuc locum habebit concluſio Bart. vt teneatur illam deſcendentibus, vel proximiorib. agnatis, in emphyteuſin confirmare? Reſpon. Abb. in d. cap. bonæ. el 2. num.28. de poſtul. Prælati tenuit, quod hoc caſu non poſſit compelli ad emphyteuſin renouandam, nihilominus Dec. in allegat. conſ.131. poſt num.3. verſ. Secundo non obſtat. dicit, quod hoc dictum Abb. videtur contra communem opin. Doctorum, qui generaliter loquuntur. Et certe licet hæc opin. videatur aliquantulum dura; durius tamen eſſet forte in practica obtinere contrarium, propter auctoritatem DD. qui (vt ait Dec.) ſimpliciter, & abſolute ſequuntur opin. Bart. Ego tamen libenter inclinarem in ſententiam Abb. quæ etiam æquior videtur.

QVÆ-

QVÆSTIO XLIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Finita emphyteuſi, nunquid poſſit dominus propria auctoritate ingredi poſſeſſionem rei emphyteuticæ.*

Ex Additionibus.

1 *An dominus propria auctoritate poſſit ingredi poſſeſſionem rei emphyteuticæ, remiſſiue.*

QVÆST. XLIV.

1 a *QVæro, finita emphyteuſi, nunquid* a *poſſit dominus directi ingredi propria auctoritate poſſeſſionem rei emphyteuticæ? Reſpondeo Gozad. conſil. 39. numer. 25. & conſil. 86. num. 11. ſimpliciter dicit communem opinionem eſſe, quod poteſt ingredi propria auctoritate, & emphyteutam expellere. Tu autem vide, quæ dixi ſupra quæſt. 11. & quæſt. 25.*

ADDITIONES.

a *NVnquid poſſit dominus directi ingredi propria auctoritate, &c.*]
1 Vtrum † dominus propria auctoritate poſſit ingredi poſſeſſionem rei emphyteuticæ, & emphyteutam expellere, diſcendum eſt ex ijs, quæ annotata ſunt ſupra ad quæſt. 11. *Harprec.*

QVÆSTIO XLV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Finita emphyteuſi, an melioramenta remaneant emphyteutæ.*
2 *Et an tranſeant ad ipſius emphyteutæ hæredes, etiam extraneos.*
3 *Et quid de ædificijs per emphyteutam conſtructis in ſolo emphyteutico.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum emphyteuta, ſi citra eius culpam emphyteuſis ſit finita, meliorationes in re emphyteutica factas repetere queat.*
2 *Quam ob cauſam contractus emphyteuticus inſtituatur.*
3 *Damnum, per rei deteriorationem contingens, cui imputetur.*
4 *Intellectus l. domos. 98. ff. de legat. 1.*
5 *Senſus c. 1. §. ſi vaſallus. tit. 28. lib. 1. feudor.*
6 *Opinio vltima in dubio tenenda.*
7 *Nemo debet locupletari cum alterius detrimento.*
8 *Conſentienti, & volenti non fit iniuria.*

ADDITIONES.

a MElioramenta.] Hic ſcias, quod melioramenta facta per emphyteutam in re emphyteutica non compenſantur cum deterioratione ad euitandam caducitatem. Commune dixi in collect. mea commun. opin. in verb. Melioramenta, num. 1. Quorum quidem melioramentorum æſtimatio facienda eſt ſecũdum tempus reſtitutionis, non autem ſecundum tempus, in quo facta fuere melioramenta. Commune dixi vbi ſupra nu. 5. & melioramentorum materiã remiſſiue dixi in verbo ſeq. num. 2. *Giach.*

b *Si vero emphyteuſis finitur ſine culpa, &c.*]
1 Haud expeditum eſt; an emphyteuta, ſi abſq; eius culpa emphyteuſis finita fuerit (puta ſi res emphyteutica concedatur vſque ad certum tempus, certamue generationem, & illud tempus elapſum ſit, ac generatio extincta) meliorationes in re emphyteutica factas repetere poſſit? Et quamuis huiuſmodi meliorationes non ſolum ipſi emphyteutæ, ſi viuat; ſed etiam eius filijs, & deſcendentibus, tam maſculis, quam feminis deberi, communiter recepta ſit concluſio; vt, poſt alios, Clarus noſter hic teſtatur, item Borcholt. in Commentar. de feud. cap. 3. num. 31. & Trentacinquius var. reſolut. lib. 3. reſolut. 9. de iur. emphyteut. num. 2. allegans Vincentium de Franchis in deciſ. 191. attamen verior videtur ſententia eorum, qui eiuſcemodi impenſas, & melioramenta, quibus res emphyteutica melior eſt effecta, ad do-
2 minum pertinere contendunt. Pro † qua aſſertione facit, quod contractus emphyteuticus ea de cauſa maxime inſtituitur, vt res melior efficiatur: quemadmodum ex ipſius verbi etymologia, ſeu ſignificatione clareſcit, de qua dictum eſt ſupra ad quæſt. 1. nu. 1. Atq; ideo Eccleſia prædia ruinoſa ad meliorandũ in emphyteuſin concedere conſueuit, vt in auth. ſi quas ruinas, C. de SS. Eccleſ. Quare ſi hanc ob cauſam contractus emphyteuticus celebrari ſolet: vtique dominus expenſas meliorationum ſoluere non tenetur. Ob id enim dat prædium in emphyteuſin, vt ab hoc ſumptu liberetur: quod non fieret, ſi impenſam ſoluere cogeretur. Confirmatur quoque hæc ſententia ex l. 1. C. de iure emphyteut. & §. adeo autem 3. Inſtitut. de locat. & cõ-
3 duct. vbi † damnũ, quod per rei deteriorationem contingit, ipſi emphyteutę, non vero domino imputatur. Ex qua apparet: Emphyteutam non poſſe repetere à domino expenſas, in reficiendo factas. Quia ſi repetitio emphyteutæ daretur, non eius damnum, ſed domini eſſet. Sed & eadem doctrina ab æquitate nõ eſt aliena: quia cum emphyteuſis plerunque pro exigua mercede concedi ſoleat: hinc in compenſationem fructuum meliorationes domino ex natura contractus cedunt, finita emphyteuſi, etiam ſine culpa emphyteutæ. Nam ſi ex culpa amittatur emphyteuſis, veluti ob non ſolutum canonem, vel ob alienationem illicite factam, aliamve ob cauſã: tunc dominũ meliorationes lucrari, extra cõtrouerſiã eſt, l. 2. C. de iur. emphyt. Nou. 7. c. 3. §. ſcire, autẽ, &c.
4 Non † infringit hanc deciſionem l. domo, 56. ff. de legat. primo, vbi ſi quis faciat impenſas in re ſubiecta reſtitutioni poſt tempus, poterit eas impenſas repetere ab eo, cui rem reſtituit. Idem ergo in materia noſtra dicendum videtur: cum res emphyteutica poſt certum tempus, vel certam generationem reſtitutioni ſubiecta ſit: Quia breuiter reſpondetur: ibi non eſſe rem ad meliorandum datam, neque meliorationes venire, ſicut ex natura contractus emphyteutici veniunt.
5 Nihil † item mouet textus in cap. 1. §. ſi vaſallus, titul. hic finitur lex 28. lib. 2. feudor. vbi ſecundum vnam lecturam, meliorationes pertinent ad vaſallum, & non ad dominum. Nam res, quæ conceduntur in feudum, non ad melio-

QVÆST. XLV.

1 *QVæro, finita emphyteuſi cuius ſint melioramenta*
a *facta per emphyteutam in ipſa re emphyteutica? Reſpond. ſiquidem emphyteuta propter culpam ſuam cadit ab emphyteuſi, puta, quia non ſoluit canonem, vel male verſatus eſt in re emphyteutica, vel illam irrequiſito domino alienauit, tunc omne ius ſuum acquiritur domino directi, & ſic etiam melioramenta illi applicantur. Si*
b *vero* b *emphyteuſis finitur ſine culpa emphyteutæ, puta, propter curſum temporis, vel generationem finitam, tunc emphyteuta non perdit melioramenta. Ita dicit Bald. in l. Senatus. §. Marcellus. ff. de leg. 1. & eſt communis opin. vt atteſtatur Dec. conſ. 518. num. 1. & ſeq. & in Authent. qui rem num. 14. C. de ſacroſ. Eccleſ. & dicit Bald. in l. fin. §. fin. poſt num. 6. C. commun. de legat. quod ita ſeruatur de conſuetudine, quem refert, & ſequitur Cuman. conſilio 57. poſt numerum quintum, & hæc locum habent tam in emphyteuta Eccleſiæ, quam in emphyteuta priuati. Et ita ſeruari etiam in emphy-*

teuta Eccleſiæ c *atteſtatur Bal. in d. §. Marcellus. quem refert, & ſequitur Aret. ibi, col. 2. verſ. Ex his, quæ ſupra diximus.*
2 *Adde, quod huiuſmodi melioramenta non ſolum debẽtur ipſi emphyteutę, ſi viuit, ſed etiam eius filijs, & deſcendentibus, tam maſculis, quam feminis, quinimò etiam hæredibus extraneis. Et hanc concluſionem dicit eſſe ab omnibus communiter receptam Berous quæſt. 16. per totum præſertim circa finem. Cum enim illa ſint propria ipſius emphyteutæ, nulla eſt ratio, quare in omnes hæredes ab ipſo tranſmitti non debeant.*
3 *Sed quid de ædificijs, ſi quæ forte emphyteuta conſtruxit in ſolo emphyteutico? Reſpond. quod, & illa reſeruantur ipſi emphyteutæ, vel eius hæredibus, & ſeruat conſuetudo, vt atteſtatur Bald. in l. 2. nu. 2. in fin. C. de rei vend. quem refert Iaſ. in d. l. 1. poſt num. 47. verſ. Sed pulchrum. C. de iur. emphyt. & Dec. in d. conſil. 518. poſt num. 2. Quomodo autem hoc caſu fieri debeat. ſ. an dominus teneatur pati, quod ædificium tollatur, vel ſoluere eius æſtimationem, & quomodo de-*
d *beat fieri* d *æſtimatio, vide, quæ dixi infra hoc eod. lib. §. feudum. quæſt. 87. in princ.*

meliorandum dantur, ſed propter ſeruitia perſonalia, quæ ſunt cauſa feudi. At cauſa contractus emphyteutici regulariter melioratio cenſetur, vt ex verbo ipſo effloreſcit. Imò ille ipſe textus magis confirmat, quam euertit deciſionem noſtram: quia ſecundum opinionem vltimam, quę in iſto textu refertur, finitu feudo meliorationes factæ omnino ad dominum feudi pertinent: quę
6 † opinio vltima in dubio tenenda eſt, per notata Accurſij, & aliorum in l. qui filium, 74. §. Fabius. in verb. & alia, ff. ad ſenatuſconſult. Trebellian. & in l. ea lege, 3. C. de condict. ob cauſam.
Similiter non obſtat,
7 quod † dominus videatur locupletari cum alterius, ſcilicet emphyteutę iactura, & detrimento, contra regulam iuris, l. nam hoc natura, 14. ff. de
8 condict. indeb. l. iure naturæ. 206. ff. de regul. iur. Quoniam † vbi interuenit conſenſus tacitus, vel expreſſus, vel conuentio, prædicta regula officium ſuum perdit: cum conſentienti, & volenti iniuria non fiat. l. 1. vſque adeo. ff. de iniur. cap. ſcienti. 27. de regul. iur. in 6. Atque ita docent Franciſc. Sarmientus lib. 3. ſelectar. interpretat. cap. 4. & Fachineus lib. 1. controuerſ. iur. cap. 92. qui ad alias quoque leges quæ obeſſe videntur, reſpondent. Idem & nos fecimus in d. §. adeo. 3. num. 547. Inſtit. & locat. & conduct. *Harprec.*

c *Emphyteuta Eccleſiæ.*] Et quod emphyteuta eccleſiaſticus integraliter deducat melioramẽta per ferruminationem facta, commune vide per Ioſeph. in deciſ. Peruſin. 24. num. 19. & in collect. mea commun. opin. verb. emphyteut. nu. 39. Non poteſt tamen ſuas meliorationes alienare, nec earum partem, per Cæph. conſ. 139. num. 6. *Giach.*

d *Æſtimatio.*] Adde, quod æſtimatio ſiue melioramentorum, ſiue ædificij fieri debet ex conſuetudine iuxta valorem ædificij conſiſtentis, non diruti, vt ait Burſat. conſ. 85. num. 35. & Rol. conſ. 28. lib. 1. *Guiot.*

QVÆSTIO XLVI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Qui teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis, an dominus directi, vel emphyteuta.*

Ex Additionibus.

1 *Vtrum emphyteuta ad tributa, & collectas teneatur.*
2 *Quid dicendum eſt de emphyteuta Eccleſiæ.*
3 *Eccleſia ex prædijs eccleſiaſticis conſuetas collectas præſtare non cogitur.*

QVÆST. XLVI.

1 *QVæro, quis teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis; an dominus directi, vel emphyteuta?*
a *Reſpon. quod* a *emphyteuta teneatur ad collectas. Ita conſuluit, dicens hanc eſſe communem opinio. Curt. ſenior. conſil. 36. præcipue in final. verb. Sed hoc intellige, vt procedat, quando præſtatur modica penſio. Sed ſi præſtatur magna penſio, & ſic correſpondens fructibus, vel quaſi, crederem, quod dominus directi pro ſua portione debet ſuſtinere onera, & emphyteuta pariter pro ſua portione, habita ratione fructuum, qui ex ipſa re emphyteutica percipiuntur, & hoc maxima ſuadet æquitas, & ita ſeruat Senatus.*

ADDITIONES.

a QVod emphyteuta teneatur ad collectas.] Quod † emphyteuta non ſolum teneatur ad tributa mere realia, hoc eſt, impoſita rebus ipſis, per textum in l. 2. ibi, publicarum functionum, C. de iur. emphyteut. ibique Albericus de Roſat. Salicet. & Iaſon. num. 2. Donell. lib. 9. Comment. de iur. ciu. cap. 14. pagin. 452. nu. 30. & docui paulo fuſius ad §. adeo, 3. nu. 370. & ſeq. Inſtitut. de locat. & conduct. ſed etiam ad impoſita perſonis pro rebus, quemadmodum ſunt collectæ, poſt Clarũ hic noſtrum, & plures alios à ſe laudatos, diſerte ſcribit Aluarus Valaſcus in tract. de iure emphyt. quæſt. 17. num. 8. & ſequentibus vbi id explicatius perſequitur. Idem etiam tradidit Stephanus Gratianus diſceptation. forenſ. cap. 294. num. 30. vbi ait, vſufructuarium, & emphyteutam teneri pro tributis, & collectis tam futuris, quam præteritis non ſolutis: ita tamen, vt habeat recurſum contra anteceſſorem, ſeu eius hæredem, quoad collectas præteritas, per eum non ſolutas. Eadem de re conſulantur Andr. Gail. lib. ſingul. de pignorationib. obſeru. 15. num. 11. cum ſeqq. Regner. Sixtin. in tract. de regalib. capit. 14. numero 84. Rutger. Ruland. in tractat. de Commiſſar. & commiſſionibus part. 4. lib. 2. cap. 6. num. 62. & nouiſſime D. Collega Bocer. in tractat. de iur. collectar. c. 10. nu. 5. & ſeqq. vbi hanc ſententiã nõ ſolũ certis quibuſdã rationibus confirmat: verũ etiã diſſentientium argumenta diligenter refutat.
2 Controuertitur autem non parum; ſitne idem ſtatuendum de Eccleſiæ emphyteuta, quod & ille ex fundo emphyteutico collectas ſeculari, ſiue temporali domino ſoluere teneatur? Affirmant quidem Andreas de Iſernia ad tit. 56. quæ ſint regalia. in verb. plauſtrorum, lib. 2. feudor. Lucas de Penna in l. vnic. num. 7. C. de imponend. lucrat. deſcript. Alex. conſ. 101. volu. 1. Natta conſ. 114. num. 18. Valaſc. d. q. 17. num 11. alijque per eum adducti: Negant vero Bart. in l. priuatæ, 10. C. de excuſat. mun. lib. 10. Iaſon in l. 1. nu. 31. C. de iur. emphyteut. Boſſius in titul. de Principe, & priuileg. eius num. 128. Marcus Antonius Eugenius conſ. 96. nu. 22. lib. 1. eoſque referens Andreas Fachineus lib. 1. controuerſ. iur. cap. 91. Quas opiniones contrarias diſtinctionis fœdere in concordiam reduci poſſe autumat D. Bocerus d. tract. de iure collectar. cap. 10. num. 6. Affirmantium procedere iudicat in contributionibus ſiue collectis, quæ ad tempus ex improuiſo, præter morem, ex ſumma neceſſitate publica indicuntur: vt ſunt collectæ Turcicæ. Hæ enim præſtandæ quoque ſunt ex poſſeſſionibus eccleſiaſticis. l. neminem 11. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & l. vnic. C.
3 vt nemini liceat in empt ſpecier. ſe excuſ. Negantium † opinioni locum eſſe arbitratur in ceteris contributionibus. Siquidem cum ipſa eccleſia ex prædijs eccleſiaſticis conſuetas collectas prẽſtare nõ cogatur, l. 1. l. 2. l. placet 17. & auth. item nulla cõmunitas, C. de epiſcop. & cleric. cap. nõ minus, & cap. aduerſus. extr. de immun. Eccleſiar. Rulan. d. tract. de commiſſ. part. 4. cap. 6. num. 31. nec eos præſtare cogendus eſt emphyteuta Eccleſię. Id quod latius explicat Bocerus d. c. 10. nu. 17. *Harpr.*

QVÆ-